τῶν ἄλλων ἐπεσφύροντες, μητροπολιτικῶν γὰρ οὐτοί. Ἐ δὴ καὶ ἀπήγγηγον ὡς παρ' αὐτῶν τῆς ἀγίας συνόδου, μὴ δὴ ῥηδύσαι πάντως ἀναμείβεσθαι αὐτῶν πλὴν ἀφίξι, πληροῦν δὲ μᾶλλον ἐπέγειρασαί τε πεδεασμένα. τότε δὴ μὲν ἡ ἀγία συνόδος συναζήσατο ἐν τῇ ἀγίᾳ ἐκκλησίᾳ, τῇ καλουμένῃ Μαρία, συνέδρον δ' ὡσπερ καὶ κεφαλῶν ἐποίητο Χερσονήσου ἐν ἀγίᾳ θρόνῳ τὸ σπῆλον διαγρηγιον, μονοουχί καὶ ἑπὶ τοῦ πῶτος ἀγίοις ἱερουργαῖς κριμα δίκαιον κρίνατε· δικάσατε τοῖς ἀγίοις διαγρηγισαῖς Ἐ τῆς Νεστορίου Φωνῆς. κοινῇ δὴ οὖν τῇ παρὰ πάντων ψήφῳ τὰ μὲν ἐκείνου κατεκρίνετο, τῆς δὲ ἀποστολικῆς τε καὶ διαγρηγιῆς παραδόσεως τὸ ἀκραιφνὲς ἐδείκνυτο κέλλος· καὶ τῆς ἀληθείας ἡ δυνάμις ἐκφαίνετο. ὡμολόγητο γὰρ ὅτι πᾶν τῶν ὁρθῶν τε καὶ ἀδιάβλητος πίστις· τῆς καὶ ὑμῶν δοκοῦν, ὡ φιλόχρηστοι βασιλεῖς· ὅλος γὰρ ὑμῶν ὁ σκοπὸς εἶς τε τὸ πῶ θεῷ δοκοῦν καὶ εἰς δισέβειδον βλέπει· περτεμνήκατε γὰρ πῶποτε τῆς ἀληθείας οὐδέν. ὁ δὲ τῆς Ἀντιοχείων ἐκκλησίας περτεμνῆσαι λαχῶν Ἰωάννης, ἀμελητῆς, καὶ ῥάθυμος, Ἐ ἀνέξιμακος μὲν ἀδικουμένῳ Χερσονῶ, ὅστις δὲ καὶ μισοπόνηρος, ὅτε τῆς κατ' αὐτῶν γλωσσαλγίας, ὁ πᾶντιν κεινηκῶς, ἐπράπητο δίκας, πῶτος δίκῳ πλὴν Ἐφεσίων καταλαβῶν, καὶ ὡσπερ ἐνὸν ἐπὶ ἑξοισίας ἀπὸ τῶν ὅσα πρὸς αὐτὸν βούλοιστο, δρᾶν, οὐδενὸς ἐπιτημῶντος ὅλως, ὡς ἀνηρημένων εἰς ἅπαν τῶν τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν, ὡς ἐκ ἐφορῶντος θεοῦ τὰ ἀνθεσπῆνα,

(erant enim metropolitani) vix tandem venire, illiusque nomine sanctæ Synodo denuntiarent, expectandum prorsus non esse illius aduentum, sed maturandum potius, ut decreta perficerentur. Tunc demum itaque sacra Synodus in sancta ecclesia quæ appellatur Maria, congregata, Christum veluti confessorē & veluti caput constituit. venerandum enim euangelium in sancto throno collocatum erat, illud tantumnon sanctorum sacerdotum auribus insonans: *Iustum iudicium iudicate*; litem inter sanctos evangelistas, & Nestorii voces dirimite. Itaque communi omnium sententia illius quidem dogmata condemnauit, euangelicæ vero apostolicæque traditionis puritatem ac venustatem demonsttrauit: atque ita veritatis vis obtinuit. Omnes enim rectam sinceramque fidem asseruerunt; iuxta vestram quoque, Christianissimi reges, sententiam. Omnis namque vester scopus ad id tendit, quod Deo placet, & cum pietate coniunctum est. Nunquam enim aliquid veritati præposuistis. Ioannes vero Antiochenæ ecclesiæ præsulatum fortitus, negligens quidem & segnis ac patiens, vbi Christus iniuria afficitur; acer vero & rigidus, vbi condemnatur is, qui maledicam linguam contra eundem Christum aperuerat; vbi primum alitis more volans Ephesum venit, perinde ac si quodcumque vellet, priuata auctoritate facere ipsi liceret, nullo prorsus accusante, quasi in vniuersum leges ecclesiasticæ sint sublatae, neque Deus res humanas quidquam curet;

* ἑπὶ τῶν πῶτων

* κατεκρίνετο

* ἑξοισίας

Zach. 7.



cum stulticia potius, quam prudentia ageretur, iræ indulgens magis, quam sobriæ rationi dominatum permittens, cum vix curru defiliisset, cubiculumque ingressus esset, adhuc puluerulentus, iis assumptis qui eadem cum illo sentiebant, putidam ac plane iniquissimam sententiam tulit (erant autem factionis illius focii viri exules, Cælestiani depositi, Nestorianæque dementiae satellites, nec non ex magna quadam stupiditate in blasphemiæ contra Christum crimine cum illo participes,) vniuersamque Synodum insigni contumelia afficere studuit, utpote excommunicationis titulo inuoluens, quotquot ex vniuerso orbe Ephesum venerunt, viros celebres, vestraque maiestati notissimos, & in omni virtutum genere laudatissimos: mihi vero, & Ephesiorum antistiti grauiorem contumeliam intulit, mentiens ac dicens, quod cum impio Apollinario sentiamus, & execranda impiaque Arii & Eunomii dogmata approbemus. Fecit autem hoc, ut dixi, implacabilis iræ impulsibus omnem lapidem mouens, totasque impio furori & arrogantia habenas permittens. quod sane admiror, cum semper amicum ac beneuolum animum erga me ostenderit, nec vnquam sermones meos reprehēderit, quin & magna cum beneuolentia ad me scripserit, measque vicissim literas susceperit, atque ante ipsas Ephesi portas dulcibus me dilectionis affatibus pene cōplexus fit, suisque ad me literis hæc inferuerit: Domino meo piissimo,

Habeatur

καὶ ἄλογία μᾶλλον ἢ φρονήσις διοικουμένων, καὶ θυμῷ δοῖς τὸ πλεόν, ἢ λογισμῷ τῷ σώφρονι κρατεῖν ἵππευτας, ἀρπὴ καὶ μόλις τῶ ὀχλήματος ἀποπιδήσας, ἐτὸ δαμάπον εἰσδὶς, ἐπὶ τε κλονισασμένος, ψήφον ἐκφέρει σαδραν καὶ ἐκνομωτάτην, ὁμοδ τοῖς τὰ αὐτὰ φρονόσον αὐτῶ. ἀνδρες δὲ ἦσαν ἀπόλιδες, καὶ Κελεσιανοὶ κατηρημένοι, καὶ τῆς Νεσορίου φρενοβλαβείας ὑπαασισαί, καὶ ἐκ πολλῆς ἄραν ἐμβροντησίας μελεζόμενοι αὐτῶ τῆς κατὰ χεῖροδ δυσφημίας τὰ ἐγκλήματα. ὑβρίζει πόινω ἀπασαν μὲν πλὴν ἀγίω σωόδοδ, τῶ τῆς ἀκοινωνησίας ὀνόμαπ θελεβαλὼν ἐστὶ ἐκ πάσης ἡκοντας τῆς ὑπὸ οὐρανόν, ἀνδρας ἀοιδύμοις, καὶ τῶ ὑμετέρω κράτῃ γνωεμωτάτοις, καὶ πολλῶν λαρόντας ἐφ' ἅπασι τοῖς δρεῖσις πλὴν διφημίας. ἐμὲ δὲ, καὶ τῆς Εφεσίων ἱερούργον φορηκωπῆα θελεβαλὼν ὑβρεῖς, ψευδηροῦν, καὶ λέγων, ὡς τὰ τῶ δυαθεοῖς Ἀπολιναρίου πεφρονήκαμεν, καὶ τοῖς τῶ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου βδελυροῖς τε καὶ ἀνοσίσις σωμανοδμερ δόγμασιν. ἔδρα δὲ τῶτο, ὡς ἐφλω, πάντα κάλων ἀνασειών τῆς ἀπιδάσις ὀργαῖς, ἐὸ ὅλας ὡσπερ λωίας ἀνείς τοῖς ἐκ θυμοδ καὶ ὑπεροψίας ἀφιλοδέσις κινήμασιν. ὁ δὲ καὶ θυμάσαι ἔχω. ὁ γὰρ αἰεὶ φίλος καὶ ἀγαπητὸς, ὁ μηδὲ πώποτε τοῖς ἐμοῖς ἵππευκῶν λόγοις, ὁ γεάφωδ ἀσμένως, ἐτὰ πρὸ ἐμοδ κομζόμενος γεάμματα, ὁ παρὲ αὐτῶν τῆς Εφεσου πωλὼν τοῖς ἕξ ἀγάπης παροφδέγμασι μονονουχὶ θελεφίς, ἐτὰς ἰδίαις ἵππευκαῖς ἐνδείς. Τῶ δεασπῆ μου τῶ θεοφιλεσάτω

ANNO
CHRISTI
431.

* ἴσταν.

* ἵππευκῶν

καί

ANNO CHRISTI 431.

* ο, ἰσως τις

* ο

* μοναχῶν ἀλύπτως

* ἰσως

* ἰσως

* ἰσως

καὶ ἀγιωτάτω συλλειτουργῶ Κυελλ-
 λω, Ἰωάννης ἐν κυρίῳ χαίρειν. οὐδὲ
 ἐμὲ μετείως δάκνει ὅ * ὅλως τῆς
 ὑμετέρας ὁσιότητος εἰς τὴν Εφεσίαν
 παραχρησθῆναι, τὰς μικρὰς ταύτας
 ὑπερήσαι ἡμέρας· τῆς γὰρ χρείας ὁ παρὶ
 τῶν σὺν ἀγιωσώλω πόδος πλέον μοι
 ἐγκεί, σὺν τῶν σὺν ὁδὸν ὄξαναύσαι.
 καὶ μὴ ἔφα· εὐχου οὖν * δέσποτα, καὶ
 ταύτας τὰς πέντε, ἢ ἕξ * μοναχῶν ὡσεὶ
 ἀλύπτως ἡμῶν ὁδεύσαι, καὶ δραμεῖν, καὶ
 παρὶ πύλας τῶν ἱερῶν ἡμῶν καὶ * τείνου
 κεφαλῶν. **Θ** παρὶ **Ω** κύριόν μου **Φ**
 θεοφιλέτατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην,
 Παῦλον, Μακάριον, πρεσβυτέρων
 ταῦ σου τῶν ὁσιότητων. πᾶσιν τῶν σὺν
 σὶ ἀδελφότητι ἐγὼ τε καὶ **Θ** σὺν ἐμοὶ
 πλείετα πρεσβυτέρων. ἐρρωμένους,
 ὑπερβυχόμενος ἡμῶν διαπολίτης, δέ-
 σποτα θεοφιλέτατε ἐ ἀγιώτατε. πῶς
 οὖν ὁ συλλειτουργὸν ἐ ἀδελφὸν ὀνο-
 μιάσας, ἀδοκίμως ἡ ἐχθρὸς, ἡ δοκί-
 μος οὐδὲν; ἀκούω δὲ, **Θ** φὸν οἰεσθαι
 ἡ λέγειν αὐτὸν, τῆς κατ' ἐμοὶ πλημμε-
 λείας ὑποκρουόμενον τὰ ἐγκλήματα·
 ὅτι γέγραφα, κρύπτων ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν,
 καιρῶ τῶ δέοντι ταμιδόμενος ἢ Φα-
 νέροισιν. εἶτα πῶς εἶπα * ἡ αἰρετικὸς
 ἐγὼ, καὶ τῆς τῶ δυαθεβοῦς Ἀπολινα-
 είου, * καὶ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου Φα-
 λόπιτος κοινωνός, συλλειτουργὸν ὀνο-
 μασε; ἢ δὲ ἐ ὁσίῳ τῶν ἐμῶν κεφα-
 λῶν, καὶ παρὸς γὰρ τῶν καὶ ἱερῶν; ἢ
 οὐχ ἅπαντα ἐναργῆς, ὡς εἶπα πῶς ἐλοι-
 πο φρονεῖν τὰ βαρβάρων, ὅτι ἐσαι
 πάντως τῆς διαγωγῆς ὑμῶν βασι-
 λείας ἐχθρὸς; ἀλλ' ἐκρυπτεν, ὡς φη-
 σι, τῶν ἐχθρῶν καὶ γλυκὺς ἰδίῳ ἡ
 τὸ γὰρ ἦκον εἰς λόγους, δόλου δὲ,
 καὶ πικρίας ἐπίμενος τῶν καρδίῳ.

sanctissimoq; comministro Cy-
 rillo, Ioannes in Domino salu-
 tem. Non mediocriter me an-
 git, quod cum sanctitas vestra
 Ephesum aduenerit, pauci pla-
 ne hi itineris dies mihi reliqui
 sint. Desideriū enim tuæ sancti-
 tatis me magis vrget vt iter hoc
 celeriter absolua, quam vlla
 alia necessitas. Et post alia: Ora
 igitur domine, vt * hos quinque
 aut sex dies nobis adhuc resi-
 duos sine molestia transfigamus;
 occurrentesque sacrum nobis
 diuinumque caput tuum com-
 plectamur. Dominus meus reli-
 giosissimus episcopus Ioannes,
 Paulus & Macarius, sanctitatem
 tuam salutant. Vniuersam quæ
 tecum est fraternitatem, ego ce-
 terique qui mecum sunt pluri-
 mum salutamus. Vale, & pro
 nobis orare perge, domine piis-
 sime & sanctissime. Quomodo
 igitur qui me comministrum &
 fratrem appellabat, ex inopi-
 nato factus est inimicus, nihil a
 me læsus? Verum vt commissi
 in me delicti culpam repellat,
 illum sibi videri acute dicere
 audio, quod scripserit, inimi-
 citiam adhuc celans, quam suo
 tempore in lucem prolaturus
 esset. Quomodo itaque, si hæ-
 reticus eram, si impiæ Apollina-
 rii & Arii & Eunomii impro-
 bitatis consors, me commi-
 nistrum vocabat? Cur caput
 meum sanctum ac præterea sa-
 crum? An non omnibus perspi-
 cuum est, quod si quis cum bar-
 baris conspirat, is facerrimi ve-
 stri regni inimicus omnino futu-
 rus sit? Sed inimicitiam occu-
 luisse ait, & dulcem sermonem
 vsurpasse, cor autem dolo &
 amarulentia refertum habuisse.

sup. par. 1. cap. 36.

* has q. a. f. manifestos n. a. reli- duas

At quis cum laudare audeat, qui ad hunc modum viuere cō-
 ſueuit? Vultne forſan, Græco-
 rum lectiſſimos quoſque nos in-
 quirere? Sed illi etiam oderunt
 eum, qui aliud in ore, aliud in
 corde gerit. Inquiramus diuinæ
 ſcripturæ ſcopum. Deum hic
 clare de his qui eodem cum illo
 ſunt ingenio, dicentem audiui-
 mus: *Sagitta vulnerans lingua
 eorum, doſoſa verba oris eorum:
 proximo ſuo loquitur pacifica, &
 in ſeipſo habet inimicitiam. Num-
 quid ſuper his non viſitabo, dicit
 Dominus? aut in populum hu-
 iuſmodi non ulciſcetur anima
 mea? Dolus enim & impoſtura
 & teſta amarulentia execrabi-
 les ſunt coram Deo: & pacifice
 quidem loqui, ſed inimicū ani-
 mum gerere, res apud eum in-
 toleranda reputatur. Quare &
 horum quoque vindicem ſe fore
 interminatur. Verum ſtrenuus
 ille conuitiator, calliduſque ca-
 lumniator, excuſationes in pec-
 catis, vt ſcriptum eſt, præten-
 dens, non nihil ad hæc, fortasſe
 haud inſcite, vt ipſe putat, re-
 ſpondebit, ac dicet: Et ego quo-
 que pro Domino zelatus ſum,
 ſicut & ſancta Synodus: ſed cum
 hæretici eſſetis, mea vos fen-
 tentia contriſtaui. At dum hæc
 dicit, ſimilem ſe illis oſtendit,
 quos Iſaias propheta adducit
 dicentes: *Poſuimus mendacium
 ſpem noſtram, & mendacio prote-
 gemur. Quod ſi nemo fortasſe
 hoc dicat, res ipſa tamē clamat.
 Primum namque ſuperbus &
 arrogans deprehendetur, quod
 omnes, quotquot per vniuerſū
 orbem degunt, ſanctos ſacerdo-
 tes contumelia afficiens, eadem-
 que virga feriens, ſua ſententia**

Jerem. 9.

2ſal. 140.

Iſa. 28.

ἔτα ἕς ὁ ἐπαγνέσαι τολμήσῃ οὕτω ἄν
 ἦν εἰωθότα; ἀρα βούλεται τῶν Ελ-
 λῶν ἡμᾶς πολυπραγμονήσαι λο-
 γάδας; ἀλλὰ καὶ κείνοι μεμισήκασιν
 ἐφ' ὀργῶσιν καὶ ἐφ' ὀργάμονα. Ἐξε-
 τᾶσω μὲν τῆς θεοπνεύτου γραφῆς
 σκοπόν. * ἀλλὰ θεοῦ λέγοντος ἀκηκόα-
 μὲν ἐναργῶς περὶ τῶν ὁμοῦστων ἐκεί-
 νω· βολίς ὑπερώκουσα ἢ γλώσσα
 αὐτῶν· ὀδύσια τᾶ ῥήματα τῆς σῶματος
 αὐτῶν· τῶ πλησίον αὐτῶν λαλεῖ εἰρλι-
 κᾶ, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὴν ἔχθραν. μὴ
 ὅτι τούτοις ἐκ ὀπιπέλομαι; λέγει
 κύριος, ἢ ἐν λαῷ τῷ θιούτῳ ἐκ ἐκ-
 δικήσῃ ἐ μὴ μου; ὀδύς γάρ, καὶ
 ἀπάτη, καὶ κεκρυμμένη πυρία * με-
 μίσωται ὡρὰ θεῶν· καὶ τὸ λαλεῖν
 μὲν εἰρλικᾶ, διακείδεται δὲ δυσμε-
 νῶς, ἀφόρητόν ἐ χεῖμα λελόγισται
 παρὶ αὐτῶν. Τσιχαρότι καὶ ἐκδικεῖν ἐπα-
 γνέται. πρῶτασιζόμενος δὲ ἴσως
 πρῶτασιζόμενος ἐν ἀμύρπαις, καὶ τὸ γε-
 γραμμένον, ὁ νεκρῶστος εἰς ὑβρεῖς,
 καὶ ὁ περὶ τῆς εἰς συκοφαντίας, ποιήσε-
 ται ἵνα πρὸς τῶτο λόγον, ἐκ ἀκομ-
 ψον ἴσως, ὡς γε οἰεταί τε καὶ φρονεῖ.
 Φησὶ γὰρ· ὅτι καὶ γὰρ ἐξήλωκα τῶ κω-
 εἶω, κατὰ καὶ ἐ ἀγία συνόδου· ἀιρετι-
 κοὺς ὄντας ὑμᾶς, ταῖς ὡρὰ ἐμαυτοῦ
 λελύπηκα ψήφοις. ὅτι δὲ ταῦτα λέ-
 γων, ἐκείνοις ἔσται πρῶτασιζόμενος, οὐκ καὶ ὁ
 πρῶτασιζόμενος ἡμῖν Ησαΐας εἰσοκεκόμικε
 λέγοντας· ἐδέμθα ψεδδος τὴν ἐλπίδα
 ἡμῶν, καὶ τῶ ψεδδὸς σκεπαθησόμεθα·
 καὶ εἰ μὴ ἕς λέγει τυχόν, αὐτὰ βοή-
 σῃ τὰ πρῶτασιζόμενα· πρῶτασιζόμενος γὰρ
 ὑπερόφρις τε καὶ ἀλαζων ὑπερόφρις τε
 τῶν καὶ πᾶσιν ὄντας τὴν οἰκου-
 μὴν ἀγίους ἱερουργεῖς ὑβρεῖς τε πε-
 βαλῶν, καὶ ῥαβδῶ μᾶ κατὰ παύων,

ANNO CHRISTI 431.

* Sed

* ἔστι πι-
εἶται

* μίσηται

ANNO
CHRISTI
431

ἀκοινωνήτοις δὲ ἐστὶν ^α πρὸς ἑτάχεν, ἐκ
 κείνοις μᾶλλον διὰ πούτου λυπῶν,
 ἀλλ' ἑαυτὸν ἔξω τῆς ^β πρὸς αὐτοὺς κοι-
 νωνίας ἔδειξεν. ἔδος γὰρ πῶς ἀεὶ τοῖς
 ὀλιγογνώμοσιν, ὁμοειδοῦσιν, ὅτι πλῆ-
 τοῖσι ἴνας, δρᾶν ἐπιχρησώμενοι ἀ μὴ
 δεύμεν ἑαυτοὺς ὅτε, ἑαυτοὺς δὲ μᾶλλον ἢ
 ἑτέροις ἀδικεῖν. πῶς δὲ ἡ ἀκόλουθον
 καὶ τοῖς πρὸς ἑταίροις ἐπιμαίν, καὶ
 τοῖς πρὸς ἀμεινω λαοῦσι τάξιν ἀ-
 σιωπέτως ἐπιπηδᾶν, καὶ τῆς τῆς ἐκ-
 κλησίας δεσμών τῶν τῆς εἰρήνης * προ-
 μνήστριαν καὶ ἀλιπεῖν ἀταξίαν, * μη-
 δὲ αὐτῶν ἀπομιμῆσαι φιλεῖν τῆς ἐν
 τῷ κόσμῳ πρὸς ἐπισημίαν; μέτρα
 μὲν γὰρ τοῖς ἀξιώμασι καὶ ἀσεβείας ὑμῶν
 ὡς ἴσαστο κράτος. ἑμασος δὲ τῆς τε-
 μημῶν πρὸς ἑαυτοὺς τάξιν ἐκ ἡγνο-
 κῶς, εἰκει τε τῷ πρὸς ἑταίροις, καὶ πρὸς
 τῆς ἴσων οὐ φιλονεκεῖ. ὁ δὲ καὶ τῶν
 πρὸς ἑταίροις ὡς ἑαυτοὺς, καὶ ἀλογήτως τῶν πρὸς
 πρὸς ἑταίροις, ἀχαλίνους ὡς ἀπερὶ καὶ ἀπερὶ
 πρὸς ἑταίροις ὁρμαῖς κερῶρηκε καὶ πάντων.
 καὶ τῆς πρὸς ἑταίροις κοινωνίας ἑαυ-
 τὸν ἐμβαλῶν, οἰετὰς ἢ δρᾶσαι τῆς ὀνη-
 σιφίαν * ἑαυτοῦ. ἀλλ' εἴπερ ὄντως ἐμέ,
 καὶ τῆς Εφεσίων ἱεροῦργον, ἀρε-
 τικοῖς ὄντας ἠπίστατο, καὶ τὸ κωλυ-
 ῶν, καὶ πρὸς εἰς τῶν Εφεσίων ἀφι-
 κέσαι πόλιν, * ἀπᾶσαι διὰ γεμα-
 μάτων, καὶ ἐμφανῆ καὶ ἀσῆσαι τὰ ἐφ'
 οἷς ἡμεῖς ἑαυτοὺς καὶ ἡμῶν ὁ λόγος; ἀφι-
 χεσόντες εἰς τῶν Εφεσίων, καὶ κω-
 λυκε σιωπῶν, ἀπᾶσαι καὶ πρὸς ἑταί-
 ρίας, εἰς μέσον ἀγαγεῖν τὰ ἐγκλήμα-
 τα, σιωπῶν ὄντα τῆς ἀγίας σιωπῶν,
 καλέσαι πρὸς ἀπολογία, οὕτω τε
 ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις ἢ ἀπαλλάξαι τῆς αἰ-
 τίας ὁρᾶν φρονουῦντας καὶ λέγοντας,
 aut crimine liberaret, si quidem recte sapiebamus, & loquebamur,

a communione exclusos esse
 voluerit : qua re non tam illos
 læsit, quam seipsum ab illorum
 communione seiunxit. Fami-
 liare est enim stolidioribus, dum
 quidpiam adoriuntur quod ne-
 fas erat, vt se magis lædant,
 quam alios, quos lædere se arbi-
 trabantur. Ad hæc, quomodo sit
 ordine ac rite factū, maioribus
 pœnas irrogare, & in homines
 sublimiorem ordinem sortitos
 imprudenter infilire, & ecclesia-
 sticarum legum disciplinam pa-
 cis conciliatricem deserere, &
 ne eorum quidem qui in sæcu-
 lo versantur, prudentiam imitari:
 Enimuero pia vestra maiestas
 dignitatibus modum præfinit.
 Vnusquisque autem ex iis
 qui aliquo honore potiti sunt,
 ordinis locique sui non ignarus,
 præstantiori cedit, nec paria cū
 illis habere contendit. Hic au-
 tem istud vt rem parui momen-
 ti negligens, omnemque decori
 rationem contemnens, effreni
 quodam temerarioque impetu
 in omnes fertur: & cum omniū
 communione sese priuauerit,
 credit tamen res suas egregie
 se promouisse. Verum si me &
 Ephesiorum episcopum hæresi
 infectos esse certo nouerat, quid
 prohibebat, quo minus antequā
 ad Ephesiorum ciuitatem ve-
 nisset, literis nos accusaret, ea-
 que de quibus nobiscum illi cer-
 tamen erat, manifesta faceret?
 Postea vero quam Ephesum ve-
 nerat, quid prohibuit, quo mi-
 nus nos conueniret, libere ac-
 cusaret, in medium crimina
 proferret, confidens in sancta
 Synodo ad respondendum vo-
 caret, ac denique vna cum aliis

* ομοι-
οει

* αἰτι-

* ἀπᾶσαι

aut certe ab ecclesiasticis dogmatibus aliena sentire volentes iustæ condemnationi subiceret? Verum quia non ignorabat, frustra se nos accusasse, impiamque contra orthodoxos calumniam se struxisse; Nestoriiq; reuerentiæ & amicitia tribuere, quod nos infectaretur, abscondite nos læsit; & veluti in nocturna quadam pugna non visus, iaculo nos petiit: siquidem chartam falsis accusationibus plenam concinnauit, eamq; ad pias vestras aures deferre ausus est, nequaquam id quod diuinis literis proditum est, animo perpendens: *Nullum mendacium coram rege protuleris.* Nos vero vbi hoc resciuimus, libellos sanctæ & œcumenicæ Synodo exhibuimus, cum rectam illibatamque ecclesiæ fidem profidentes, tum eos quoq; qui Arii, Eunomii & Apollinariii dogmata sectantur, anathematizantes. Rogauimus etiam vt iuxta ecclesiasticas leges in medium ille prodiret, suos sermones firmaturus, errorisque nos conuinceret. Erant autem, opinor, quæ agebamus, legi consentanea. Ipse autem in eam stultitiam, imo vero timiditatem ac desperationē prolapsus est, vt neque ad nos venire, neque sanctam Synodū intueri ausus fuerit; cum tamen potius fortiter instare oportuisset, neque expectare vt vocaretur, sed sponte occurrere, diserte redarguere, damnationis reos pronuntiare, ac pro sua ipsius sententia decertare. Verum male sibi conscius id minime fecit; adeoque sanctæ Synodi præsentiam metuebat, vt ne ex ædibus quidem prodire auderet.

From. 24.
secundum
LXX.

ἢ τοῦ ὑποδείναι ψήφω δικαία ταῖς τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἀπαδόντα δόγμασι φρονεῖν ἡρημύοις; ἐπειδὴ δὲ ἠπίετο μάτρω ἐγκυαλῶν, καὶ σωπιδεῖς αἰοσίως τὰς κτ' ἡμῶν ὀρθοδόξων συκοφαντίας, ἔ τῆ παρὸς Νεστόριον αἰδοῖ καὶ φιλία τὰ κατὰ ἡμῶν δωροῦμεν, λεληθότως ἡδύκει· καὶ κατὰ τὸ ἐν νυκτομαχίᾳ τεπέξθην οὐχ ὀφείμεν· καὶ ψυδνηγορίας μετὸν σωτάξας χαρπὸν, τετόλμηκεν αἰνεγκεῖν εἰς τὰς βίσεβεις ἡμῶν ἀκοῆς, οὐτ' ἐκείνο λαβὼν εἰς νοῦν, τὸ πρὸ τῆς θεῖα κείμενον γραφῆ· μηδὲν ψεύδος δὲ γλώσσης βασιλεῖ λεγέσθω. ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ μαδόντες, βιβλίῶν ἑπίδοσαν πεποιήμεθα τῆ ἀγία καὶ οἰκουμένην συνόδω, πλὴν ἡμῶν ὀρθῶν καὶ ἀβέβηλον τῆς ἐκκλησίας ὁμολογοῦντες πίστιν, αἰαδεμαπζοντες δὲ τῶν τὰς Ἀρείου, καὶ Ἀπολιναρίου, καὶ Εὐνομίου φρονουῶντας. ἄρεκαλοῦμεν δὲ, κτ' ἑστὸ τῆς ἐκκλησίας θεσμοῖς ἡκεῖν τε αὐτὸν εἰς μέσον, τοῖς ἰδίῳις συσησόμενον λόγους, καὶ διελέγχεσθαι ἡμᾶς. ἔνομα δὲ ἡμῶν, ὡς γε οἶμαι, τὰ πρὸ ἡμῶν. ὁ δὲ εἰς τὸ τοῦ κατὰ λιδεν ἀμαθίας, μάλλον δὲ ἀγλίας τε καὶ ἀπορίας, ὡς καταναρκῆσαι πλὴν ἀφίξιν, καὶ μηδὲ ὅσον ἰδεῖν καθαροῦσαι μόνον πλὴν ἀγίῳ συνόδον. καίτοι ἐχρῆν * δῆπου * μάλλον ἐνσηναῖ νεανικῶς, καὶ πλὴν κλησιν ἐκ αἰαμείναντα δραμεῖν ἀπόμολον, ἐλέγξαι σαφῶς, δὲ ποφῆναι κατεγνωσμένοις, καὶ τῆς ἰδίας αὐτὸν ἐπαγωνίσασθαι ψήφοις. ἀλλ' ἐκ * ἔδρασε τὸ τοῦ, σαφῶς σωειδῶπ χρωμῆρος· δεδῶς δὲ οὕτω πλὴν ἀφίξιν πλὴν εἰς πλὴν ἀγίῳ συνόδον, ὡς μηδὲ ὅσον εἰπεῖν τῆς ἐσίας παροκῶψαι τολμᾶν. καίτοι

ANNO
CHRISTI
431.

ANNO CHRISTI 431.

καίτοι πῶς ἴω εἰκός, ἑὸν ὄξειλεγ-
μῶν ἱερουργίαι, μεμνημῶν ἱε-
ρουργίας, μεμνημῶν θεοῦ λέγον-
τος· κρίμα δίκαιον κρίνατε· καὶ οὐ
λήψη πρὸς ὅσων ἐν κρίσει, ὅτι ἡ κρί-
σις τῆς θεοῦ ὅτι· μὴ οὐχὶ πάντη καὶ
πάντως ἐληλεγκμένοι ἡμᾶς ὡς αἰρε-
τικοί, ταῖς τῆς κατὰ κρίσεως ὑποδεί-
ναι ψήφοις; ἰὼ γὰρ πῶς ἀνάγκη ἔ-
ὑπομνημάτων συστῆναι πρὸς ἑξίν, καὶ
ταῦτα ὑμῖν γινέσθαι κατὰ φανῆν. χω-
ραὶ μὲν * ἢ ὅλαι καὶ πόλεις ταῖς
μεγάλαις νύμαπ τῆς ὑμετέρου κρα-
τοῦ, εἰς ἀναδείκνυται δικαστῆς, * δια-
σεῖ τε δὲ κρίσεις ταῖς ἐφ' αἵματι καὶ
ψυχῇ, δίδόν τε ἑὸν νομοθετουῦντας
ὑμᾶς, καὶ τοῖς ἑξὶ ὑμῶν διατάγματα
πρὸς τὴν τῆς δικαίου θήραν * ἀπθ-
δύνεται. εἴτα πῶς ἡμελλον ὀ παρα-
θεοῦ πρὸς ἱερουργίαν ὄξειλεγμένοι,
ὑποδοίτε ὄντες ὀ δριθμόν, καὶ ἐκ
ἀδυνάμασον ἔχοντες τὴν ὑπόληψιν,
τὴν ὄτι γέ φημι τῶν βιῶναι λαμ-
πρῶς, ἡμᾶς ἀδεδιῶναι μάλλῳ,
καὶ οὐχὶ τὴν θεῖαν ἐντολῶν; ὅτι δὲ
ἀχάλινος ἀπὸ πρὸς * ὑπεροψίδω
τε καὶ ὑβρίων γέρονεν ὁ νοῦς, καὶ δι-
έτερον πρὸς ἀταλαίπωρῳ
ιδεῖν. τείτον μὲν γὰρ που διατετέ-
λεκεν ἔπος δυσφημῶν ἐπὶ ἐκκλησίας
ὁ τῶν νέων δογματῶν ὄρετης Νεστό-
ριῳ· ἐπειδὴ δὲ ἑὸν οἰκείων γραμ-
μάτων τῶ ὄσιω τῆς Ρωμαίων
ἐκκλησίας ὄπισκόπου Κελεστίνῳ κατὰ
φανῆ τῆς ἐαυτοῦ διανοίας ἐποίησεν τὴν
νόσον, ἐκ δόποτομον οὐδὲ ἀσυμπα-
θῆ τὴν ψήφῳ ὑπέμεινε, ὄρεκα-
λεῖτο δὲ μάλλῳ, δόποφοιτῆσαι μὲν
τῆς ἐνούσης κακοδοξίας αὐτῶν, καὶ τὴν
ὄρθῶν καὶ ἀμώμητον ἀνδελείας πῆσιν.

* ἢ καὶ

* ἰο. ex scri-
pta possit,
dum possit,
inf. etiam.

* ἀπθ. δύν-
εται.

* ὑπεροψίας
τῆς ἐαυτοῦ

Concil. Tom. 6.

At quomodo verisimile erat ,
electos sacerdotes , memores
sacrificii, memores Dei dicen-
tis : *Iustum iudicium indicate ;* *Deut. 1.*
Et : *Personam in iudicio non ac-
cipies ; Dei enim iudicium est :*
nos condemnationis sententia
omnino subiecturos non fuisse,
si haeresi infectos deprehendif-
sent ? Erat enim necessarium, ut
& actorum commentarii con-
ficerentur , & haec ipsa vobis
palam fierent. Regionibus et-
enim totis , magnisque ciuita-
tibus dominationis vestrae nu-
tu vnus iudex praeficitur , cui
capitalium rerum iudicia com-
mittuntur , vos legislatores ve-
retur , vestrisque decretis ad
ius inuestigandum dirigitur.
Cum itaque haec ita habeant,
quomodo credibile sit , homi-
nes a Deo ad sacerdotium ele-
ctos , tantoque numero , qui
propter vitae splendorem exi-
stimatione admirabili essent ,
nos magis reuerituros fuisse ,
quam diuinum praecipuum ?
Quod autem illius animus ad
superbiam & arrogantiam fue-
rit plane infrenis , id ex aliis
quoque rebus perfacile cogno-
scere licet . Iam per tres fere
totos annos, ex quo nouorum
dogmatum inuentor Nestorius
blasphemias suas in ecclesia
euomere non destiterat. Post-
quam vero suis etiam literis
sanctissimo Romanae ecclesiae
episcopo Caestino animi sui
morbum patefecisset , non sta-
tim duram seueramque sen-
tentiam excepit , sed admo-
nitus est potius , ut praua il-
la , qua laborabat , opinio-
ne reiecta , rectam & incul-
patam fidem complecteretur.

Ii

Admonitus est autem non semel, sed saepius. Ipse vero diligens, ut putat, diuinorum dogmatum scrutator, (nolo enim grauius aliquid in illum dicere,) quique propter diuinarum legum cognitionem mire sibi blanditur, cum nunquam eos quos laesit, commonefecisset, nec verbum vllum cum illis communicasset, imo neque temeritatem suam tueri ausus fuisset; impia tamen sententia sua contumeliam illis intulit: & forte magnifice ea de re sese iactat; ut etiam audiat beatum Dauidem dicentem, vel potius Spiritum sanctum per eius vocem: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem; iniquitatem magis, quam loqui equitatem. Dilexisti omnia verba precipitationis, linguam dolosam. Propter hoc Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrare faciet te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium.*

Epsal. 51.

Intelligo autem non deesse, qui illum a delicto in nos commisso absoluerent contentur, asserentes eum iuste ob id nobis succensuisse, quod ipso adhuc absente contra blasphemum Nestorium Concilium sit celebratum. Verum hi longerectius facerent, si in nos culpam conii-cere omittentes, suam illorum potius cunctationem accusarent. Adhuc eos, qui aduentum eius praecurrerunt, & sacra Synodo denuntiarunt, ipsum expectandum non esse, nec se venisse spero, sed ipsius mandata ferentes,

παρακαλεῖτο δὲ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλείους. ὁ δὲ ἀκριβῆς, ὡς οἶεται, τῶν θεῶν δογματῶν ἐρευνῆς· ἵνα μὴ ἡ λέξιμι φορηκόν· ὁ μέγα φρονῶν ἐπὶ τῆ τῶν θεῶν εἰδήσει νόμων, οὐχ ὑπομνήσας πόποτε ἐδὲν ἡδνημῶν παρ' αὐτῶν, οὐ λόγου μετὰ τοῦ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ συζητῆσαι τῆς ἐαυτῶν περὶ περὶ τῆς ἀρρήσας, ὑβρίζει μὲν ἀνοσία ψήφω· τῶν δὲ καὶ μέγα πεφρόνηκεν ἐπὶ τυτῶν, ἵνα καὶ ἀκούη λέγοντος τοῦ μακαρίου Δαυὶδ, μᾶλλον δὲ τῆ ἀγίου πνεύματος διὰ φωνῆς τοῦ Δαυὶδ· ἡ ἐγκωχῆ ἐν κακία ὁ δυνατὸς ἀνομίῃ; ὅλλω τῶν ἡμέρων ἀδικίαν ἐλογίσαστο ἡ γλαῶσα σοδ' ὡσεὶ ξυρὸν ἡκονημῶν ἐποίησας δόλον· ἡγάπησας κακίαν ὑπερ' ἀγαθοσύνην, ἀδικίαν ὑπερ' ἡ λαλήσας δικαιοσύνην· ἡγάπησας πάντα ῥήματα κατὰ πονηροῦ, γλαῶσαν δόλιαν. διὰ τῆτο ὁ θεὸς * κατελεγεῖ σε εἰς τέλος, ἐκπύλα σε καὶ μεταναστεύσας σε ἀπὸ σκηνώματός σου, καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων.

ANNO CHRISTI 431.


* κατὰ τὸν

Επιθῆμι δὲ, ὅτι τῆς κατὰ ἡμῶν πλημμελείας ἀπαλλάττειν αὐτὸν ἐπιχειροῦσιν ἱερεῖς, λελυπησῶν δικαίως διαβεβαιούμενοι, διὰ τοῦ τὸ δῆλα αὐτῶν τὸ ἐπὶ τῶν δεδυσφημηκῶν γενέσθαι σωέδρι. ἀλλ' ἡμῶν ἀμεινον οὐχ ἡμᾶς ἀηπάσασθαι μᾶλλον, ῥεάφεισθαι δὲ τῶν οἰκείων αὐτῶν ἐπὶ τούτῳ μέλλουσιν. εἶτα ἐδὲν περὶ Φιγμῶν καὶ περὶ ἀπληροῦ τῆ ἀγία συνόδου, μὴ δεῖν χελεῖναι περὶ αὐτῶν, καὶ ἐκ αὐτομολοῖς εἰς ποδοῦ ἐλθεῖν, ἀλλὰ τῶν τῆς παρ' αὐτῶν διακονουμένων φωνῆς,

ANNO
CHRISTI
431.

ὸ μὴ μάλλον ἐποιεῖτο κατεσυγμηδύοις,
ὡς ψευδοπροφήτῶντας, ὡς ἠπατηκότας,
ἀλλ' ἐν τοῖς ὄποι μάλιστα γνωσιωτάτοις
ἐχθρῶν; ἀλλ' ἐσω τυχὸν, καὶ λελύπηται. ταύ-
της οὐκ ἔνεκα τῆς αἰτίας ἔδωκε τῶν δεινῶν
αὐτῶν ἀλογῆσαι νόμων, ἵνα καταδείξαι
δὲ θεοὺς λέγοντος· ἀδῶν καὶ δικαίων
ἐπιδοκτενεῖς; ἔδωκε καὶ ἀκακρίναι τῶν
ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀποπῶν κατεγνωμέ-
* ἀδελφῶν
νοις; ἐχθρῶν * ἀδελφῶν τὸ τῆς ἀνοσιό-
τητος κατωθέσται ἕξιφθῶν; θεομὸις ἐκ-
κλησιαστικοὺς ψευδοεῖλαι; συγκοφθῶ-
τήσται; ψεύσασθαι; καὶ τῶν ταῦ ἴσως ἐσά-
τας ὑμῶν ἄκοαί; ἐχθρῶν ἠγῆσασθαι παρ'
ἐδὲν πλὴν ὀρθότητα τῆς πίστεως, καὶ τὸ ἐτε-
λήσται φρονεῖν ὅσα μῶμον ἐχθρῶν παντε-
λάς ἐδὲνα, χαρίσασθαι τῶν δῆκου-
εἰλω τῶν δυσφημοῦν καὶ Χριστοῦ,
καὶ αἰετήσται ζῆτεῖν τὸ ψεῦδος, καὶ ἀ-
σφῆσαι δὲ πλὴν ἀλήθειαν; ταῦτα φρε-
νὸς ἀγίας δὸν τῆς αὐτῆς καρπὸν; ταῦ-
τα βουλήσ ἱερατικῆς δὲρέματα; καί
ποὶ λέγοντος ἀκούω θεοῦ· ὅτι, χεῖρη
* φυλάξαι
ἱερέως * φυλάξαι κρίσιν, καὶ νόμον ἐκ-
ζητήσισιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. ὑπεδῆ-
λον οὐκ, ὅτι δι' ὧν δὲ οἴεται τῆς κατ'
ἡμῶν ἀπονοίας ταῦ ἀπίας ἀποσφά-
ζεσθαι, διὰ πύτων αὐτῶν ἀνόσια πε-
πρασθῶν κατὰ φωσθῶν μείζονος.
ἐγὼ δὲ, ὡ φιλὸχεισε βασιλεῦ, ἐχαί-
ρον μὲν τῆς ἐνεγκούσας ἀπαίρεσιν, καὶ τῆς
* ὑμῶν
ἡμετέρας Ἀλεξάνδρείας ἐκδεδημη-
κῶς· πνίματος δὲ λαύρου κατὰ χρο-
μῆμου τῶν ἰσίων, καὶ μονονουχὶ κατὰ
εὐροντῶντος τῆς νεώς, αἰροῦμῶν τε εἰς
ὑψος τῆς κόματος, καὶ ταῦς τῶν οἰάκων
περιφλάζοντος κεφαλαῖς, εὐθυ-
μος καὶ οὐτω διετέλω, καὶ ἐκ τῆς χα-
μῶνος κίνδυνον ὀπίσω ἵσθεις τῆς δικτα-
τοῦ μοι δεῖας τῆς ὑμετέρου κράτους.
Concil. Tom. 6.

cur non potius exosos habuit ut
mendaces ac seductores, sed
eosdem inter præcipuos ami-
cos habet? Sed esto, forsitan of-
fensus sit: oportuitne ob id illum
diuinas leges aspernari, Deique
obliuisci dicentis: *Infontem ac* Exod. 25.
iustum non occides? Debebat-
ne eos condemnare, qui de nul-
lo crimine fuerant conuicti? *Debebatne*
fratres gladio impietatis impetere? *Ecclesiasticas*
leges contemnere, calum-
niari, mentiri, idque piissimis
vestris auribus? Debebatne re-
ctam fidem nihili facere, & vel-
le sapere quæ nullam omni-
no falsitatis maculam habent?
& interea illius causæ patrocini-
nari, qui contra Christum bla-
sphemias effudit; ac quærere
mendacium statuere, veritatem
euertere? Dabitne quisquam,
hæc esse sanctæ mentis fructum?
hæc esse sacerdotalis consilii
inuenta? Atqui Deum dicen-
tem audio: *Labia sacerdotis cu-* Malach. 2.
stodient scientiam, & legem re-
quirent ex ore eius. Clarum est
itaque, quod per ea ipsa, qui-
bus vesanix, qua contra nos
usus est, crimen amoliri se pu-
tat, impie egisse apertius de-
prehendatur. Ego vero, Christi
amans rex, gaudebam quidem
cum e patria discederem, Ale-
xandria vestra relicta, etiam si
magna vis venti velis sese in-
funderet, atque instar toni-
trui nauem percelleret, ac flu-
ctus in sublime elatus summa
gubernacula circumstreperet;
tamen alacri tranquilloque a-
nimo eram, & tempestatis pe-
riculum posthabui, ut opta-
tissimo maiestatis vestræ aspe-
ctu potiri quandoque daretur.



Rurfum cum ex Ephesiorum ciuitate ad illustrem illam urbem deucherentur ii, qui ad hoc a sancta Synodo delecti sunt, vt quæ ab illa acta fuerant, defenderent, ex illorum numero esse cupiebam : primo quidem, vt maieftatem vestram coram viderem : deinde vero, vt in vestra præsentia contra episcopū Antiochenum disceptarem, palamque ostenderem eum calumniam fuisse, & inique infanisse, & quasi impotentibus furiis actum esse, eo quod capita blasphemiarum Nestorii anathematizassem. Fidei namque meæ rectitudini testimonium perhibuit & Romana ecclesia, & sancta quoque Synodus ex vniuerso, vt ita dicam, orbe qui sub cælo est, congregata. Quod enim nulla ex parte ab euangelica & apostolica traditione aberrarim, imo vero quod rectam, minimeque obliquam sacrorū dogmatum semitam teneam, id posteaquam epistolas, quas ad Nestorium perscripseram, legissent, communi sententiā confessi sunt omnes, & quidem scripto in ipsa fide monumentorum, rerumque gestarum. Optabam autem non horum tantum gratia eo venire, sed vt aliorum quoque delationes, quas contra me meosque instituerunt, falsas esse monstrarem: siquidem Nestorii dogmatum propugnatores, inuidiæ odiique arcum in me tendentes, impotentisque infantiæ suæ ausus variis modis aduersum me concinnantes, viros quosdam

* ac per injuriam offendisse,

Philipp. 3.

(quorum deus venter est, & gloria in confusione eorum, sicuti beatus Paulus dicit) mercede pararunt, & accusatores adornarunt, ac vt vestro imperio molesti essent,

καὶ μὲν ὅτε τῶν Ἐφεσίων ἀφέντες, ἵππὶ τῶν λαμπρῶν ἐκένωσαν ἀνεκομίζοντο πόλιν. Ἐν τῆς ἀγίας συνόδου παροχρησισμένοι πρὸς γὰρ τὸ χλιῶσαι σπειπῆν τοῖς παρ' αὐτῆς πεπεραγμένοις, ἐπεθύμωσαν γνέσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἐναριθμῶσαι, πρῶτον μὲν ἵνα ἐρῶν τὸ ὑμέτερον κράτος ἰδεῖν, εἶτα πρὸς τούτω, ἵνα καὶ αὐτὰ τῶν τῆς Ἀνποχείας ἐφ' ἡμῶν δικάσωμαι, καὶ δεῖξω συκοφανήσαντα, καὶ παρανόμως λελυπηκότα, ἔμμανίας ἀρχαίους νενικημένον, ὅππῃ Νεστορίου δυσφημιῶν ἀνεδεμάσσατο τὰ κεφάλαια. τῆ γὰρ ἐμῆ πίστι μεμψύρηκε τὴν ὀρθότητα καὶ τὴν Ρωμαίων ἐκκλησίαν, ἔμμω καὶ ἡ ἀγία σύνοδος, ἡ δὲ ἀπίστος ὡς ἔπος εἰπῆν τῆς ἱστορίας οὐρανὸν συναγνερωμένη. ὅππῃ κατ' οὐδένα ἔχον ἔξω γεγονώς ἀλοῖω αὐτῆς τε θεοσοφικῆς καὶ βίαια γνηκῆς παραδόσεως, ὀρθῶν τε καὶ ἀδιάστροφῶν τῶν ἱερῶν δογμάτων διελάνω τελευτῶν, παμψηφείδιαιολογήκασιν, καὶ τὸ ἐγγράφως ἵππὶ πίστεως ὑπομνημάτων, ἀναγινωσκομένων τῶν παρ' ἐμοῦ γραφέντων πρὸς Νεστορίου. ἡ γὰρ ἐμῶν ἡμῶν οὐχὶ τούτων ἐνεκα μόνων ἐμείσε γνέσθαι, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰς τῶν ἐτέρων διαβολὰς κατ' ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν ψευδεῖς ἀποφύω. οἱ γὰρ τῶν Νεστορίου δογμάτων ὑπαασιταὶ τὸ ἐκ φθόνου καὶ βασπανίας ἐπ' ἐμοῖ σμυπίνοντες τόξον, καὶ τὰ δὲ ἀνρατοῖς μανίας πολυθήπως δρεπύοντες, ἀνδρας ἔξωνούμωροι, καὶ κατηγόρους ἱσῶντες, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰχμῇ αὐτῶν, κατὰ φησαν ὁ μακάριος Γαῦλος, τῶ ὑμέτερω κράτῃ δι' ὄχλου γνέσθαι ἀρεσιβάζον

* λελυπηκότα,

* γραφέντων πρὸς Νεστορίου ἐμῶν οὐχὶ τούτων ἐνεκα

* ἀνρατοῖς μανίας

* ἱσῶντες,

ANNO
 CHRISTI
 431

καὶ μάλα συχνὰς· καίτοι ὧρ' ἔμοδ
 πεπονθότες τῶν ἀτόπων οὐδέν, οὐδὲ γδ
 ἴω πρὸς αὐτοῖς πρὸς ἐμὲ λόγος παντε-
 λῶς. Ἐπομιθεύσαντες δὲ, ὡς ἔφλω,
 τοῖς ἑπιβουλεύουσιν ἐμοὶ τὰς ἑαυτῶν
 γλωσσαλγίας, * ἐφλυάροισιν εἰκῆ,
 πάντα δρώντες ἐποίμως. ἀπὸ ληπτον
 ἵ τῶν ποιούτων οὐδέν, σὺν ἄφρον γδ
 ἔχρσι τὸ κακόν, καὶ οὐδὲν λελόγηται
 παρ' αὐτοῖς τὸ καὶ * γραφῶν ἀλάνας
 συκοφαντίας, καὶ ἡβδηροῦσαι πλε-
 σαίως καὶ καδ' ἂν ἂν βούλοισι τις,
 καὶ εἰ μὴ πρὸς εἶη γάρεμος αὐτοῖς
 τῶν κατηγορουμένων. ἴσασι δὲ ὄντας
 τοιούτοις, οὕτω τε ζῶν ἐνώθοντας, ©
 κατὰ πᾶσαν ὄντες τῶν * ἡμετέρων Αλε-
 ξανδρείαν. καπεφλυάροισιν μὲν οὐδ'
 ἐκείνοι, τοῖς εἰς τὸ πρὸς ἠρωμηκοῖς τὸ
 χεῖμα πρὸς πίνοντες, καὶ ἀντέκλιον
 ὡσπερ ἰνὰ τῆς δωροδοκίας, τῆς κατ'
 ἔμοδ γλωσσαλγίας ποιούμενοι τῶν
 ἑπιπέξιν. καὶ δευσοφόρηκα μὲν λίαν
 ἑπιτύποις ἐγώ. πῶς γὰρ ἐκ ἔμδ-
 λον; πλὴν ἐμεμνήμην λέγοντος τῶν
 πάντων ἡμῶν σωτήρος Χριστοῦ μα-
 κάριοι ἐστέ, ὅταν ὀνειδίσουσιν ὑμᾶς,
 καὶ διώξουσιν, καὶ εἰπωσιν πᾶν πονηρὸν
 ῥῆμα, καδ' ἡμῶν ἡβδηροῦσαι ἐνεκεν
 ἔμοδ. χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ
 μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς·
 οὕτω γὰρ ἐδιώξαντο τῶν πρὸς φήτας
 τῶν πρὸς * ἡμῶν. ὅτι γδ ὁ τῆς ἀνο-
 μίας πατῆρ, τυτέστιν ὁ σαταναῖς, τῶν
 ἐκκλησιαστικῶν παγίδων, καὶ πῶς ὀρθῶν
 ἔχρσι πῖσιν ἑξαρτέειν * ἑπιχρεῖ,
 καὶ διὰ τῶν ἰδίων ὑπασιῶν πρὸς α-
 χαράθειν ἑποπολιμᾶ τῆς ἑποπολιμῆς
 τε καὶ βλαγαλιμῆς πῖστος τῶν παράδο-
 σαν, εἶτα τῆς ὀρθῆς δόξης © Φύλα-
 κες ἀντανισῶσιν αὐτῶν τῶν ἀλήθειαν,

& quidem frequenter, curaue-
 runt; cum nulla iniuria a me
 sint affecti. neque enim illis me-
 cum quidquam rei prorsus erat.
 Qui insidiatoribus meis nuga-
 ces linguas suas cum vendidif-
 sent, frustra contra me obloque-
 bantur, nihil intentatum relin-
 quentes. Huiusmodi vero ho-
 mines nihil non audent. coalit-
 tam enim malitiā habent. Quare
 etiam pro nihilo ducunt, si ca-
 lumniandi crimine conuicti te-
 neantur, sæpissimeque aduersus
 quos liberiter mentiantur, quā-
 quam ne eos quidem cognoscāt,
 quos accusant. Norunt autem
 eos esse tales, talemque vitæ
 consuetudinem iniuisse, quot-
 quot Alexandriam vestram in-
 habitant. Oblocuti sunt itaque
 illi, propinantes hoc iis, qui ad
 id eos incitarent, & velut ac-
 ceptorum munerum precium
 temerariā in me linguam osten-
 tantes. Tuli autem ista equi-
 dem admodum ægre. Quomo-
 do enim id ægre non ferrem?
 Verumtamen recordatus sum
 omnium nostrum Saluatoris di-
 centis: *Beati estis cum maledi-*
xerint vobis homines, & persecuti
vos fuerint, & dixerint omne ma-
lum aduersum vos, mentientes,
propter me. Gaudete & exulta-
te, quia merces vestra copiosa est
in celis: sic enim persecuti sunt
prophetas, qui fuerunt ante vos.
 Sane cum iniquitatis pater sata-
 nas ecclesiis, iisque qui rectam
 fidem habent, laqueos tendere
 molitur, apostolicæque & eu-
 angelicæ fidei traditionem per
 suos satellites & administratos
 adulterare conatur, ac deinde
 illi, qui rectæ fidei custodes
 sunt, veritatem ipsi opponunt,

& recta peruertentibus ob-
stunt, Christum ipsum, qui ve-
ritas est, belli socium & auxi-
liatorem habentes; tunc statim
mendacii pater multos qui men-
tiantur excitat; statim scava il-
la calumniatorum multitudo
aduersus illos qui pie viuere
volunt, bellum ciet. Hanc mo-
lestiam ipsos quoque sacros pro-
phetas perpeffos comperimus.
Etenim prophetabat olim bea-
tus Amos; & Israelitas vehe-
menter reprehendit, quod dile-
ctionem erga Deum pro nihilo
habuissent, legesque sibi datas
neglexissent. Verum mox in
medium prodiit, & restitit illi
* Amafias, (erat autem hic pseu-
dopropheta, & cultor dæmo-
niorum) detulitque ad regem
Israelis virum vere sanctum ac
prophetam, ad hunc modum il-
lum accusans: Coniurationes fa-
cit contra te Amos: non pote-
rit terra sustinere vniuersos ser-
mones eius. Pari modo beatus
quoque Ieremias propheta pec-
cantem populum Israel vias
suas corrigere iussit. verum
non defuerunt qui illum ca-
lumniarentur. Incitauerunt e-
nim contra illum Sedechiam,
qui regni solium tunc obtine-
bat. Erat profecto sanctis res
hæc grauis, & vere molesta: at
quod Deo placitum gratum-
que sciebant, propriæ vitæ
præferentes, in suscepto studio
constanter persistebant, scri-
ptum esse recolentes: Cor regis
in manu Dei est: quocumque
voluerit, inclinabit illud. Red-
debat enim eos qui Iudaicarum
rerum potiebantur, clementes
ac misericordes, quamuis sæ-
pe vehementer essent incitati.

καὶ τοῖς τὰ ὀρθὰ διασρέφοισιν αὐ-
τιφύρονται, σωσπλον ἔχοντες καὶ
συμπαράσπλω αὐτῶν (X) Χειρὸν,
ὅς ὅστιν ἀλήθεια, τότε δὴ πάντως ὁ
τῆ ψεύδους πατὴρ πολλοὺς ἐγείρει
ἐστὶ ψευδοπροφῆταις. τότε δὴ καὶ συ-
κοφαντῶν ἀγρία πληθὺς τοῖς βίσεβῶν
ἠρημνῶσι ἀντανίστα. τῆτο παθόντας
καὶ αὐτοῖς βίσεβῶν ἐστὶ ἀγίοις περ-
φήτας. περφεφῆται μὲν γὰρ κατὰ
* καιροῖς ὁ μακάριος Ἀμώς, κατη-
πᾶτο δὲ σφόδρα ἐστὶ Ἰσραὴλ ὡς
τῆς εἰς θεὸν ἀγάπης ἠφειδνηκότας, καὶ
τῶν δόξωντων αὐτοῖς ἰσπεροφῆτας
νόμων. ἀλλ' εἰς μέσον * ἦλθε πῶρα γῆ-
μα, ἐ ἀντέπρασεν ὁ Παχαὶρ. ψευ-
δοπερφήτης δὲ ἐστὶ, καὶ δαυμονιῶν δε-
ραπυθῆς. εἶτα τῶ βασιλεῖ τῆ Ἰσραὴλ
διαβέβληκε (Y) ἀληθῶς ἀγι (X), καὶ
περφεφῆται, ὡςδε γεγραφῶς. συρρο-
φας ποιῆται κατὰ τοῦ Ἀμώς. οὐ μὴ
* δυνήται ἡ γῆ ἰσπενεγκῆν πάντας ἐστὶ
λόγους αὐτῶ. ὁμοίως ὅ καὶ ὁ μακάριος
περφεφῆτης Ἰερέμιας πλημμελουῶντα
(Z) Ἰσραὴλ ἐπαγορδοῦ ἐκέλευε τὰς
οἰκείας ὁδοὺς. ἀλλ' ἐκ ἀπῆσαν (I) * ἐν-
διαβάλλοντες. παρῶτρυνον γὰρ κατὰ
αὐτῶ (J) Σεδεχίαν, ἐστὶ τῆς βασι-
λείας διέποντα θεοῖς. καὶ φορτικῶν
λῶ τοῖς ἀγίοις τὸ χεῖμα, καὶ δύσοισον
ἀληθῶς. πλὴν τὸ θεὸς δοκοῦ καὶ Φί-
λον τῆς ἐαυτῶν περφεφῆταις ζῶης, εἰ-
ροντο καὶ οὕτω τῶ ἐν χερσὶ ἀπουδα-
σμάτων, ἐκ ἀγοουῶντες τὸ γεγραμ-
μῶν (K) ὅτι καρδία * βασιλέων ἐν χε-
ρὶ θεοῦ. οὐ δ' αὖ δέλων * νεδοσαι, ἐκεί
ἐκλινεν αὐτῶ. περφοῖς γὰρ αὐτοῖς
ἀπετέλει καὶ φιλοικῆρμονας, καίτοι
πλεισάκεις * πῶρατρυνμῶν, ἐστὶ τῶν
Ἰουδαϊκῶν κραυῶντας περφεφῆταις.

* Paschor, at. Pashur,

Amos 7.

Ierem. 26.

Praver. 21.

ANNO CHRISTI 431.

* καὶ

* τῶ πῶρα γῆμα, ἢ αὐτῶν

* δυνήται

* ἐν-διαβάλλοντες

* βασιλέων

* νεδοσαι

* πῶρατρυνμῶν

ANNO CHRISTI 431

ἀλλὰ γὰρ παρήσομεν τὰ ἐκείνων, ὡς πᾶσιν ἐγνωσμένα. μεμνήσομαι δὲ τῆς πανόφημου καὶ τεσσαλακείου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, τῆς γεγονότος καὶ κληροῦς Ἐπισκόπου τῆς ἡμετέρας Ἀλεξανδρείας. ἐμάχητο μὲν γὰρ τῆς Ἀρείου κακοδοξίας. Ὁ δὲ τῆς ἐκείνου βδελυρίας παράσπει, συκοφαντοῦντες αὐτὸν διετέλω. ἀσελγή δὲ ἔα ἀχάριν ἐπὶ αὐτῷ πλὴν γλασταν δύνετες, ὡς ἐκ ἔργων αὐτοῦ τῶν ψευσμάτων, χεῖρα τεμόντες ἀδελφοῦ, περικύμωτον. Φεικτὴν πῶς ὄρεσσι ἄραπδέντες δέμα, πῶτιν αὐτὸν ἔφασκον ὀλοπμεῖν. Ἀρσένιον δὲ ἕνα τῶν πατρῶν διετείνοντο. χρόνοις δὲ μακροῖς διατετέλεκασιν σωμαρπάζοντες, ἀχελιοῦ διαλανθανῶν κατελήφθη ζῶν ὁ Ἀρσένιος. πεφώρεται δὲ οὕτω μόλις τῆς ἐκείνων σκαυότως τὸ ἐγχείρημα. δύσοισον μὲν οὖν, καὶ σφόδρα δριμύ ψυχῆς ἐλθιδέρας, καὶ καθαρόν ἐχούσας τὸ σπειδός, ἡ συκοφαντία. ἄλλοι δὲ σφόδρα τῶν πεπονδοτῶν ὁ νοῦς. καὶ τὸ εἰκὴ καὶ μάτιν Ἐπιβουλεύεται ἄρα τῶν ἡδικομηδίων οὐδὲν, παγχάλεπον ὁμολογομύτως. πλὴν ὅτι τῶντα συμβήσεται πῶς πρεσβύτοις πλὴν ἀλήθειαν, περὶ αὐτῶν μεμνῶκεν ἡ δεῖα γραφή. ἔφη γὰρ. ἕως θανάτου ἀγάνισαι. ὡς τῆς ἀληθείας, καὶ κῆρι πολέμησά ὑπὲρ σοῦ. καὶ μὲν καὶ αὐτὸς ὁ κῆρι ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς ἀγαθῶν ἀπολμῶν ἐπαλείφον τῶν μαθητῶν, καὶ ψευδοθερίας ἀπάσης ἀλογεῖν ἀναπέδων, καὶ τῶν ἑπὶ τῶν δώκεται πόνων.

Sed mittamus quæ illis acciderunt, tamquam omnibus nota: in mentem reuocemus celeberrimum beatissimumque patrem nostrum Athanasium, qui olim Alexandria vestrae episcopus fuit. Impugnabat ille peruerfam Arii opinionem: nugacitatis vero illius assentatores pertinaci studio illum calumniabantur, petulantemque & infrenem linguam aduersus illum exerebāt. Neque mendaciis contenti manum quoque cuiusdam hominis absciderant, eamque circumferentes, horrendum videntibus spectaculum exhibebant. Dicebant autem Athanasium illam abscidisse, quemdam vero Arseniū nomine istud passum esse. Multo autem tempore ignaros decipere perstiterunt, donec tandem Arsenius ille, qui hactenus latuerat, adhuc viuis compertus est: atque ita vix tandem eorum improbitatis conatus detectus est. Sane quidem calumnia animis liberis, bonamque conscientiam habentibus, molesta est, valdeque acerba. angitur autem vehementer illorum animus, quibus ista accidunt: & grauissimum certe est, gratis & sine causa ab iis eiusmodi molestias insidiasque perferre, qui nulla vnquam re læsi fuerant. Verumtamen quod ista veritatis cultoribus euentura essent, diuina scriptura prænuntiauerat. Dicit enim: *Vsq̄ ad mortem certa pro veritate. Et Dominus pugnabit pro te.* Sed & ipse quoque Dominus noster Iesus Christus discipulos suos ad bonam confidentiam instruens, suadensque vt quoduis mendacium, omnemque persecutionis molestiam contemnerent, ita aiebat:

Theodor. lib. 1. hist. eccles. cap. 30. Sozom. lib. 2. c. 24. Socrat. lib. 1. c. 21.

Eccl. 4.

* ἡμετέρας

* ἢ οὐκ ἔστιν

* Quid desit, aut aliter legitur interpret.

* ἡ

Ioan. 15.

Matth. 10.

Ibidem.

Izal. 11.

*Si me persecuti sunt, & vos
persequentur. Si patrem familias
Beelzebub vocauerunt, quanto
magis domesticos eius? Non me-
diocri autem afficit verecun-
dia, & valde vitiliter quod sub-
iungit: Non est, inquit, discipu-
lus supra magistrum, nec seruus
supra dominum suum. Si enim
Christo contradixerunt, quæ
nostri habenda erit ratio? Et si
contra quemuis sanctum in-
structa sunt calumniæ, quo-
modo nos minimi illas effuge-
remus? Petulans quidem est
aduersus sanctos viros impialin-
gua, ac præceps quodammodo
fertur; verum execrabilis & o-
dibilis est coram Deo. Pfallit
igitur beatus propheta Dauid:
Disperdat Dominus vniuersa
labia dolosa, & linguam magni-
loquam.*

Expertus est mecum infre-
natæ linguæ iacula etiam dile-
ctus solitarius Victor. Sparse-
rant enim de illo quidam ex iis
qui mentiri consueuerunt, quod
is quoque contra me absurda
quædam nugatus esset, vt etiam
cum Ephesum adme venisset,
nonnulli ex sancta Synodo plu-
rimum ipsum accusarint; imo
vero vniuersi veluti vnum ex
impiorum numero perosi, il-
lum auersati sint; perstite-
runtque parricidam & fratri-
cidam, aliisque eiusmodi no-
minibus appellare. Cum au-
tem ille senex hoc intellexif-
set, multis admodum sanctis
episcopis ipsum circumstanti-
bus, sublatis in cælum mani-
bus, præter morem suum per
sacrosanctum baptisma & ve-
neranda Christi mysteria, nul-
lius horum scelerum sibi conscium esse iurauit: ac denique offen-

εί ἐμέ ἐδίωξαν, Φησί, καὶ ὑμᾶς διώ-
ξουσιν· εἰ (Ⓞ) οἰκοδεσποτίῳ βεελζε-
βούλ ἐκάλεσαν, * πολλῶ μᾶλλον ἐδῶ * πῶς
οἰκιακοῖς * αὐτῶ. ἐκδυσαπέι δὲ καὶ * αὐτῶ;
σφόδρα χησιμῶς παροσεπειπῶν· ἐκ
ἐστὶ μαθητὴς ὑπὲρ (Ⓞ) διδάσκαλον,
οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ (Ⓞ) κύριον αὐ-
τῆ. εἰ γὰρ αὐτῶ κατεπήκασι τῆ Χει-
σοῦ, πῶς, ἢ ποῖος ἡμῶ ὁ λόγος; καὶ εἰ
κτῆ παντὸς ἀγίου γαζῶνασιν αἱ συκο-
φαντίαι, πῶς ἠὲ ἀρα διαφυγεῖν ἐδῶ
ἐλαχίστοις ἡμᾶς; ἀκρατῆς μὲν * ἢ κτῆ * ἢ κτῆ
τῶ ἀγίων γλώττια, φέρεται ἢ ὡσπερ
κτῆ πρᾶμοῖς, ἀλλ' ἐστὶν ἐπαράτος, καὶ
δεῶ κατεσυμμιδῆ. Ἰάλλει γοῶν ὁ
μακάριος παροσφῆτης Δαυὶδ· Ἐξο-
λοθρῶσαι κύριος πάντα τὰ χεῖλη τὰ
δόλια, καὶ γλώσσων μεγαλορῆμονα.

Πεπειραται σὺ ἐμοὶ (Ⓞ) ἐκ γλώτ-
της ἀχαλίνου βελῶν καὶ ὁ ἀραπη-
τὸς μοναχῆς Βίκτωρ. ἐπεφήμισαν
γὰρ ἕνεκεν αὐτῶ τῶν ἰσχυρῶν ἡ-
δηγοῦν ἐιωθῶτων, ὅτι καὶ αὐτὸς τῶν
ἐκτόπων ἕνα πεφλυαρήκε κατ' ἐ-
μοῦ· ὡς καὶ ἀφιγμένον εἰς τὴν
Εφεσίων παρὸς με, κατηπῶντο σφό-
δρα τῶν ἀπὸ τῆς ἀγίας συνόδου ἡ-
νῆς· μᾶλλον δὲ καὶ ἀπεσφάθησαν
ἅπαντες, ὡς ἕνα τῶν ἀνοσιῶν μεμι-
σηκότες. διαπετέλικασι καὶ πατρα-
λοῖδον ὀνομάζοντες, ἀδελφοκτόν (Ⓞ),
καὶ ὅσα τύποις ἐστὶ φραπλήσια. καὶ
τῆτο γνοῖς ὁ παροσφῆτης, πλείων ὅ-
σων αὐτῶν παροσφῆτικῶν ἀγίων ἐπι-
σκόπων, ἀνατίνας τὰς χεῖρας εἰς (Ⓞ)
οὐρανόν, ὁμῶμονε ἀσκηθῶς, κατὰ
τε τῆ ἀγίου βαπτίσματος, καὶ τῶν
σεπῶν τῆ Χεισοῦ μυστηρίων, μηδὲν
ἐαυτῶ * σιωπεῖναι τοιοῦτον· οὕτω τε * αὐτῶ

μῶλις

ANNO CHRISTI 451

μόλις ἐγὼ καὶ αὐτὸς ἰχθύσασθαι τὰς τῆς λυπομεθῶν δεραπεδοσά ψυχάς. πλὴν εἰ καὶ πολλοὶ λίαν ᾤψιδεπεῖν ἐθέλοντες, ἑπιφροσύνοί τε καὶ ἑπιπιδῶντες μάτρω, μάλλον δὲ καὶ ᾠροτρωόμενοι πρὸς ποδοπαρὰ τῆς Νεστορίου σουδαζῶν· ἀλλ' ἤρκεσεν εἰς ἑπικουρίαν τῆ σωτῆρ ἡ χάρις, καὶ τῆς ὑμετέρας δισεβείας τὸ μισοπόνηρ. ὡσπερ γὰρ ἐν καμίνου καιομένης ἀρπάζαντες, ἡμεροτάτοις νύμασι διεσώσατε· ἵνα τοῖς ἄλλοις ὁμοδ, τοῖς ἀνα πάσαν τὴν ἡμετέραν Αἴγυπτι ἁγίοις ἑπισκόποις, καὶ μονασαῖς, ἀκαταλήκτοις διχαρισίας, τὰς ὑπὲρ τε τῆς ὑμετέρου κράτους, νίκης τε, καὶ διαμονῆς, ἀναφέρωμεν τῶ παναγίω Χριστῷ· δι' οὗ καὶ μεδ' οὐ τῶ θεῷ καὶ πατρὶ δόξα σὺν ἁγίω πνύματι, εἰς σὺν αἰῶνας τῆς αἰῶνων. ἀμήν.

ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΘΕΣΠΙΣΜΑ

τὸ δημοσιεδον, καὶ ἐξοείζον Νεστορι.

ΑΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῆς ἐπιὰ καὶ ἐπιὰ ἑπισκόπων ἑξ ἑκατέρου μέρους, ἐπιπληροφρήθη ὁ βασιλεὺς, ὡς ἡ ἁγία καὶ οἰκουμένη, σωόδος πάντα κανονικῶς καὶ ἀκολούθως πρῶτα καθεῖλε Νεστορι. διὸ καὶ ἔδοξε ἀμύρ αὐτοῖς, κατέγνω τῆς ἀνατολικῶν, καὶ λοιπὸν ἐξώρεσε μὲν Νεστορι. ἐκέλευσε δὲ, σὺν ἐκ τῆς ἁγίας σωόδου εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ χειροτονῆσαι ἑπίσκοπον τῆ ἁγία Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησία. καὶ σὺνελθόντες ἐχρητόνησαν Μαξιμιανὸν ἑπίσκοπον.

Concil. Tom. 6.

forum animos agre ego & ipse simul hac ratione placare potuimus. Verum enimvero licet plurimi mentiri volentes extiterint, & insurrexerint, & frustra infilierint, seu potius a Nestorii studiosis ad hoc incitati fuerint; suffecit tamen ad opem nobis ferendam Saluatoris nostri gratia, vestraeque pietatis iustitia. Nam velut ex ardenti camino ereptos, placidifimis vestris nutibus seruastis, vt vna cum aliis, qui per vniuersam vestram Aegyptum sparsi sunt, sanctis episcopis & monachis continue pro imperio vestro, & victoria, ac stabilitate, gratiarum actiones sanctissimo Christo offeramus. Per quem, & cum quo, Deo & Patri sit gloria, cum sancto Spiritu in saecula saeculorum. Amen.

DECRETI REGII, quo Nestorio exilium aperte & publice indicitur, relatio.

CVM septem & septem ex vtraque parte episcopi Constantinopolim venissent, imperator certo comperit, sanctam & oecumenicam Synodum canonico legitimoque ordine in omnibus seruato Nestorium deposuisse. Itaque legatorum Synodi sententia approbata, orientales quidem condemnat, Nestorium vero exilio multat. Iis praeterea qui ex sancta Synodo legati venerant, iniungit, vt ad ecclesiam se conferant, ibidemque sanctae ecclesiae Constantinopolitanae episcopum creent. Illi in ecclesiam ingressi, Maximianum episcopum creant.

* & de ordinatione Maximiani episcopi Constantinopolitani.

Kk